



Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Iesus Christus vti ascensus in cælum, discipulis apparuerit, cum eis
comederit, eosq[ue] docuerit, ac in vniuersum prædicaturos miserit. Glori.
VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Iesus Christus vti ascensus in caelum, discipulis apparuit, cum eis comederit, eosque docuerit, ac in vniuersum predicaturos miserit.

GLORIFICATIO VIII.

A Ve fauus mellissimus, cibus, refectio, atque delectatio omnium beatorum spirituum Iesu Christe rex altissime. Laudo, benedico & adoro te pro illo ineffabili gaudio, quo à resurrectione tua die quadagesimo visione beatifica discipulos lætificasti, cum in monte Sion congregatis, iam ad Patrem ascensus, apparuisti, atque cum eis dulciter & familiariter conuiuans, in crudelitatem & duritiam cordis eorum exprobrasti, dulci etiam, alloquio ipsos confortans & in vniuersum Orbem eos mittens, officium prædicandi in iunxisti eisdem.

Pro sui, omniumque rerum contemptione, propriæque imperfectionis cognitione, Precatio.

O Dulcissime & amantissime Iesu Christe, per illud ineffabile gaudium rogo te, da mihi misero peccatori omnia terrena desideria calcare, & funditus in me per gratiam tuam extirpare, me ipsum & vniuersum mundum pro tui amore contemnere, vt, te ducente & miserante, ad perfectionem quandoque perfectæ & intensissimæ charitatis merear peruenire. Illumina etiam me perfectæ ad veram cognitionem propriæ vilitatis, impossibilitatis & nihilitatis. Fac me propriam cordis mei duritiam, ingratitude, peruersitatem, negligentiam & infinitas defectiones meas continuè dolendo pensare, & cum interna inreparatione & contritione semper emendationem proponere, & propositum renouare, vt semper in profunda & perfecta, tibi gratissima humilitate persistam, indeficienti & insatiabili studio tibi placere satagam, & tamen propriæ infirmitatis conscius, de propria virtute penitus desperans, in sola, tua miseratione contentem, Amen.

Iesus Christus vti in monte Oliueti sui electis apparuit, benedixit ac valedixit, eosque ad sus carnentibus, conscendit.

GLORIFICATIO IX.

A Ver rex gloriæ, Domine virtutum, omnipotens triumphator Iesu Christe Adoro, benedico & laudo te pro illo ineffabili gaudio, quo discipulis de Hierusalem in montem Oliueti ex tuo imperio egressis, apparuisti, & iam cum illa sanctissima electorum tuorum comitiua ad Patrem ascensus, matris tibi dilectissimæ, mundi dominæ & Cœli reginæ, atque sanctissimis illis Ecclesiæ tue principibus Apostolis vltima benedictione valedicens, in oculis omnium affectuosissime intuentiam, propria virtute es eleuatus & currētibus tibi cum cœli ciuibus, totum cum laudis iubilo prosequētibz, super omnes Cœlos ascendens, ad consessum Patris dextræ es collocatus, & totam cœlestem Hierusalem noua lætitia & festiuitate lætificasti.

Pro animæ virium, sensuumque, ac spiritus reformatione & inuersione in Deum, Precatio.

Iesu amabilissime & dulcissime, da mihi per gratiam tuam ingiter implere, quod per propriam infirmitatem non valeo cogitare, vt scilicet totum me, animam, spiritum, vires, sensus & omnes passiones meas post te trahas, vti omnia quæ mundi sunt oblitus, totus tibi in hæream, ardentissimis desiderijs te inquire, inde seisis suspirijs post te alacriter curram, nulli vnquam placere appetam, quam tibi